



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Aqvæ Vitæ, De Fontibvs Salvatoris. hoc est, Doctrina  
Evangelica De Meditatione mortis**

**Kispenning, Henricus**

**Antverpiæ, 1583**

Sente[n]tia xij. Ioan. xi. Ego sum Resurrectio & Vita. xxxj.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46214)

Ego sum Resurrectio & Vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in aeternum.

## PARACLESIS.

CAPVT

XXXI.

1. Cor. 5.

Eccl. 11.

Psal. 4.

Rom. 4.

Mat. 9.

**O** Salutare & efficax medicamentum, aduersus mortis sententiam! Etsi enim terrestris hac domus nostra, id est, tabernaculum corporis nostra dissoluitur, & in sepulchro corrumpatur, & in puluerem redigatur: tamen anima munita hac Christi sententia: **EGO SUM RESURRECTIO ET VITA**, eique firmius inherens, non videt mortem: canit cum Propheta Dauid, In pace in idipsum, dormiam & requiescam: quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me. Quemadmodum enim puer in cunis dormiens sub castro de vel vnomo tectus, per syluam latronibus infestam, aut torrentem rapidum, de omni periculo securus transuehitur: nec experitur per quanta pericula transierit: ita anima acquiescens in Christi verbo, eique adhaerescens, & tanquam inuoluta & tecta, peruenit per mortem, Deo protegente & traducente, in Vitam aeternam: & in letitia sempiterna perfruunt conspectu Dei, inter agmina Angelorum, in iucundissima societate Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, & omnium Sanctorum. Quapropter non fragamur aspectu nostrae imbecillitatis: & in promissione Dei non haesitemus diffidentia: sed ad exemplum Abrahae, confortemur fide: plenissime scientes quia quacumque promisit, potens est & facere: qui viuificat mortuos, & vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt. Si languidior fuerit fides nostra, imitemur parentem illum

apud Ma  
dore, omni  
cum lach  
dulitate

S  
Ego Lux  
in tene  
mea, &  
non er  
uificer

S  
quis  
Christi  
fiduciam  
toris. Sed  
non iudic  
dum mu  
bentem ign  
quam fac  
datur, pe  
in vocare  
Euangeli  
me gratia

S E  
Vos estis  
meis.  
Pater  
mens

O Po  
D  
apud



apud Marcum: cui cum Christus diceret, Si potes credi, omnia possibilia sunt credenti: continuo exclamans con lachrymis aiebat, Credo Domine: adiuna incredulitatem meam.

Mar. 9.

## SENTENTIA XIII. Ioannis 12.

Ego Lux in mundū veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum: non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum.

## PARACLESIS.

Si quis fuit in tenebris, non permaneat in eis, inquit Christus: sed errorem emendet, culpam corrigat, custodiat mandata mea. Dixi enim: Nolo mortem peccatoris. Sed cum dixi supra, Quoniam qui in me credit, non iudicatur: & hac custodio. Non enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluetur mundus per me. Libenter ignosco, prompte indulgeo, misericordiam malo quam sacrificium: quia per sacrificium iustus commendatur, per misericordiam peccator redimitur. Non veni vocare iustos: sed peccatores. In lege sacrificium: in Evangelio misericordia. Lex per Moysen data est: per me gratia.

## CAPVT

XXXII.

Ambros. de  
Pœnit. lib. 1.  
cap. 11.  
Ezech. 33.  
Ioan. 3.  
Matt. 9.

Ioan. 1.

## SENTENTIA XIIIII. Lucæ 22.

Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo.

## PARACLESIS.

Opportet omnes pios conformes fieri imaginis Filij Dei, & ita accipere regnum, sicut eius Filius id accepit.

## CAPVT

XXXIII.

Rom. 8.

P 4

accepit.